Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Cum non præsumatur Dominum directum feuda ista contra eorum propriam na-
turam ad omnes hæredes transitoria
adeoq; fœminina & alienabilia sine cau-
sa facturum, adeoq; Jus suum caduci-
tatis & reuersionis finita Ducum Sec-
censissimea masculina remittere ac abijcere
uoluisse, per ea quæ in seguenti argu-
mento. Vers. Vbex das Lewer. deducta
extant.

Huc pertinet quod in speciu traditur ex
sola antiquitate temporis non præsumi
solemnitatem interuenisse, si aliquid
contra Jus commune ~~commune~~ inducere-
tur. Bellan. cons. 10. Vers. Et si di-
cas. Grauet. d. tract. de antiquit. tem-
por: part. 3. §. Venio nunc ad tertium
n. 20 & 21.

Atqui consensus iste in eiusmodi alienatio-
nem feudi, propriam naturam habentis, ut
ad omnes sive quoscunq; hæredes Em-
poris sit transitorium, est contra
Jus commune feudale. Secundum quod
feuda propria consensu Domini so-
lent alienari, ut non transeant nisi ad

filios